



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

quia uolenti non fit iniuria. & late Boe. in l. consentaneis
C. quomodo & quando iudex.

4 Fallit etiam quando in instrumento interuenit iuramentum secundum Bar. in l. ij. ff. de iureiur. quia stante instrumento, ac iuramento executio instrumenti impediri nullo modo potest per iudicem; nisi petatur nullitas dicti instrumenti per uiam carcerationis, cum dispensatione iuramento ad finem agendi seruatis seruandis coram iudice competenti.

5 Fallit insuper in casu dotis, quando reperitur scriptura in ceris trino teste notata cum aliquo pacto post mortem agnatum de aliquid lucrando, quia eo casu talis scriptura potest ad curiam mobilium sententari ad legem punctuam scripturae, & ilico exequi seruatis de iure seruandis secundum loci & fori consuetum.

6 Fallit quando instrumentum positum est ad publicas stridas in locis solitis & consuetis, super quibus nullus agit legitimus contraditor. tunc arbitrator executio instrumenti praedicti nullo modo impediri potest. Immo omnino exequendum fore sine alicuius iudicis oblatione secundum Bal. in l. filius fa. §. ueterani. n. 4. ff. de procur. & Roma. sing. 281. collegium.

REGULA XXVII.

Ingrediens monasterium pure bona regulariter monasterio acquiruntur auct. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccle. Anch. consi. 69. contra donationem nu. 7. nam qui religiosi adherent religiosa sunt. ut l. quae religiosi de uindica. & c. religioso de sent. excom. in 6. immo bona cedentis infra annum professionis remanent penes monasterium. secundum Iac. Ray. Pet. & Cin. in auct. ingre. si. C. de sac. sanct. eccl. cum aliis ibi.

7 Fallit in bonis feudalibus ingredientis, quia ad ea non pertinet qui officium gerere non debet. ut c. i. de iur. sa. milie. qui arm. belli. depof. & c. i. si de feud. su. com. inter dom. & uasal. Bal. in l. finita. §. fin. col. iij. ff. de uet. Acta.

Alex. conf. 10. col. ij. nu. 8. uol. 5. & Bal. in l. Deo nobis. col. 4. uers. 4. notā. C. de episcopis & cler. & idem in l. si quis in princip. C. eo. tit.

Fallit etiam si esset tale seruitium quod a monasterio præstari posset. ut puta si annua pensio in pecunia uel fumento præstetur. aut in tali seruitio personali, quod honeste præstari posset ab ingrediente per se, uel per alium. secundum Cy. in d. auct. ingressi. Io. And. Abba. & Deci. in comp. presentia. nu. 290. de probat. spec. de stat. monach. §. i. uol. 44. Bal. in d. l. si quis, in princ. C. de episcopis & cler. Alex. d. conf. 10. col. iij. Cald. conf. 2. An clericus.

Fallit in feudo de quo scemina est inuestita, quia eo ipso quod scemina est habitata, potest per substitutum seruari. spec. in tit. de feud. uers. 21. §. quoniam, & ibi Ioan. And. in addit. ad speculat. & late Alex. d. conf. 10. col. 4. uol. 44. quod tu notā.

Fallit etiam quando esset feudum franchum. i. liberum, quod tunc transit in monasterium, ita Bal. in l. si plures col. 1. C. de cond. insert & idem in auct. nisi col. penult. uers. ceterum. ad Trebel. Old. conf. 224. factum est tale. Bal. in procem. feudo. Idem Old. conf. 3. omne datum. Aff. de decif. 265. num. 37. Idem deci. 320. nu. 2. all. Bal. in d. auct. nisi. & Alex. d. conf. 10. col. 4. nu. 9. uol. 5. Gramat. de tit. 103. nu. 134. & 135. Boe. q. 114. nu. 12. ubi tenet quod feuda in Gallia ex generali consuetudine possunt alienari. ex quo sunt ad instar bonorum patrimonialium.

REGULA XXVIII.

Iudex non impartitur officium suum irrequisitus. l. 4. §. hoc iudicium. ff. de damn. infect. & l. i. §. postulare. ff. de postul.

Amplia. 1. ut nullo modo sententia pro reo ferri possit: neque citatio nisi petatur. l. ad peremptorium & l. post editam. ff. de iudit. Roma. sing. 570. non potest.

Amplia. 2. ut iudex non possit etiam inquirere, nec inquisitionem formare ex officio super iuribus & rebus ecclesiarum. secundum Roma. sing. 525. incip. Innoc.

D 3 Ast